

/ in nostri absencia, habere Curie residentem. Nulli Canonicorum, dispcionem, legacionem, vel ordinacionem, quam facere voluerit, de suis feodis claustralibus, vt / hactenus consuetum est fieri, dene-gare, protrahere, vel differre. Nullas vnam Sturas<sup>3</sup>, vel alias exac-tiones, ab hominibus dicto Capitulo pertinentibus, exigere, / vel colligere, absque licencia et consensu Capituli prenotati. Bona - - et possessiones dicti Capituli, non absque consilio et ordinacione sex Canonicorum, per dictum Capitulum / nobis adiungendorum, cui-cumque locare, nec etiam sic remissius locare, vt aliquid exinde emolumenti, vel onerarij consequamur. Ad beneficia - - ad nos ratione / et nomine dicte prepositure pertinencia, non nisi actu sacerdotes, vel personas habiles, que intra proximum annum ad sacerdotium promoueri possint, Curiensi / Episcopo presentare. Qui quidem sacerdotes, vel persone predescripte, fidem faciant, vt intra proximum annum a tempore sue presentacionis, se procurent actualiter / ad sacerdotiales ordines canonice promoueri. et personaliter resi-deant beneficiis in eisdem. Nominatumque et specifice, de altari sancte Katherine / sito in Ecclesia Curiensi, non nisi actu sacerdoti, qui in dicta Curiensi Ecclesia prebendatus Canonicus non existat, et per suum iuramentum se obliget / ad personalem residenciam in Ciuitate Curiensi, quamdiu ipsum altare habebit seruandam. et ad interessendum omnibus horis Canoniciis, in choro / Curiensi, prouidere vel procurare quomodolibet prouideri. Promisimus quoque, et presencium tenore spondemus. ad per-pe-tuam vicariam in Ecclesia sancti Martini, / Ciuitatis Curiensis, si illam nostris temporibus vacare contigerit, non nisi Curiensem Canonicum presentare. cum et hoc, et alia prenarrata, prout / sufficienter sumus instructi, hactenus a nostris predeces-soribus taliter sint seruata. Demum ad preueniendum futuras dis-cordias, et quaslibet simultates / que inter nos - - et dictum Capitu-lum. vel quemcumque. aut quoscumque, Canonicorum Ecclesie Curiensis, ex quacumque discordie materia, possent aliquatenus suboriri, / promittimus hiis inscriptis. Quod nos - - si processu tem-poris aliquid emerserit, ratione cuius nobis quippiam iuris vel ra-tionabilis actionis competere videbitur<sup>4</sup> / contra Capitulum. aut aliquem, seu aliquos Canonicos supratactos, ad simplicem, et de plano huiusmodi emersi decisionem. nos vnum de Canoniciis / Curie residentibus, pro arbitro, nominare debebimus et realiter exhibere.